



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De veneratione || sanctor[um] libri duo Judoci
Clich-||touei. Neoportue[n]sis. excelle[n]tissi-||mi
Parisiensis academiae Theologi**

Clicthove, Josse

Coloniae, 1525

VD16 C 4211

Duos errores adinuicem oppositos quonda[m] pullulasse, circa sanctorum
pro hominibus orationem VII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36172

De ueneratione Sanctoru e

hoc diuinis sancitū iudicijs, ut diuina munera, ijs q digni sunt sumere, decētissimo p eos tribuātur ordine, q ea tradere non sunt indigni. Hanc si qs spernat sacrosanctā disciplinā, atq in felici elatione seductus, dignū se diuina arbitret, familiaritate sanctosq despiciat, hic certe si petitiones indignas deo, neque sacras postularit, intētoq careat diuinorū desiderio, sibiq ipsi cōsentaneo, imperita postulatione p seipm nunq potiel. Hec Dionysius. ¶ Q si qs obiecit, beatū patrē inibi uerba face- III re de sanctis, hāc adhuc agētibus uitā, qs oñdit eē sollicitādos ab alijs, ut pro eis deū pcent, nō aut de se, q hac uita sunt exempti, & regno cœlesti nūc potiunt, de qbus tñ solis, hic fit p tractatio. Esto id, sed nōne ex eo qd proponit illic Dionysius protin^o recte cōficii idipm qd hic proponimus. Si enī orandi sunt sancti uiri, adhuc mortali corpore & corruptibili (qd ag grauat animā) circūdati, a peccati cōtagio nō oīno alieni, & q a grā dei quā hnt excidere pnt, atq a uirtute prolabi ad iniquitatē, nōne potiore iure & illi sunt orādi, q iā corpe soluti, uite ppetuæ sunt in cœlo participes, nulla prorsus peccati macula coingnati, qq amplius ad uitia nō pnt decūbere. Quis (oro) dubitauerit, & gratiores eē deo & efficaciores horū pces, cui iā indissociabilr sunt cōiūcti, in cuius cōspectu assidue cōsistūt, flagrātes ardētissimo illi^o amore, q nunq elāguescet, fruentescq ppetua dei uisione, a qua nunq diuellent. Sed hac de re, latior in sequētibus locis futur^o est sermo. ¶ Porro has tres y causas aū dictas, B. Bernardus in uno sermone de festo oim Bernardus sanctorū, ita paucis cōstringit. Fidelis sermo & omni acceptione dignus, ut qs solēni ueneratione prosequimur, etiā simili cōuersatione sequamur, qs beatissimos pdicam^o, ad eorū beatitudinē tota auiditate curramus, quorū delectamur pconijs, subleuemur eorū patrocinijs. Nec sane parū infructuosa inuenit memoria festiua sanctorū, lāguorē, teporē, errorēq depellēs, cū eorū intercessione, iuuēt infirmitas nra, cōsideratiōe beatitudinis, excitei negligentia nra, ignorātia quoq nra, ipsorum erudiatur exempls. Hęc Bernardus.

¶ Duos errores adinuicē oppositos, quondā pullulasse, circa sanctorū pro hoibus orones, Cap. VII.

Inueniunt

LIBER PRIMVS.

I. **N**ueniunt autem gemini inter se penitus oppositi erro-
 rores, olim fuisse oborti in ecclesia circa hanc materiam
 & quaestionem, orent ne sancti aeternae beatitudinis
 consortes, pro hominibus. ¶ **P**rimus eorum, quod omnibus san-
 ctorum nimium tribuit, & plus quam oporteat, asserentes ipsos sanctos
 etiam pro his quod in impietate & infidelitate hinc decesserunt, deum
 orare, misericordiamque & veniam ipsis impetrare, & hoc pacto ne
 minime hominum, quod tunc libet sceleratus & impius uixerit, atque in pec-
 catis suis mortuus fuerit, tandem a deo damnatum iri. **Q**ue sane
 pestiferum errorem, diuinam iustitiam prorsus aduersum, & promit-
 tentem impunitatem improbis hominum moribus, innuit. **B.** **A**ugu-
 stinus, uicesimo primi libri de ciuitate dei, cap. 18. dicens. **S**unt etiam
 (quales in colloquiis nostris ipse sum exptus) quod cum uenerari ui-
 deant scripturas sanctas, moribus improbandi sunt, & agendo
 causam suam, multo maiorem quam isti promittentes scilicet demoni-
 bus & reprobis hominibus post aliquot annorum supplicia aeterna sa-
 lutem, de quibus in cap. proximo praecedente locutus est) misericordiam deo
 tribuunt erga humanum genus. **D**icunt enim, de malis & infideli-
 bus hominibus diuinitus quidem uerum praedictum esse, quod digni sunt, sed
 cum ad iudicium uentum fuerit, misericordiam esse superanturam. **D**onabit enim
 eos (inquiunt) misericors deus, precibus & intercessionibus san-
 ctorum suorum. **S**i enim orabatur pro illis, quoniam eos patiebantur inimicos
 quanto magis, quoniam uidebatur humiles supplicesque prostratos. **N**eq-
 ue enim credendum est (aiunt) tunc amissuros sanctos uiscera misericordiae, cum
 fuerint planissimae & perfectissimae sanctitatis, ut quod tunc orabatur
 pro inimicis suis, quoniam & ipsi sine peccato non erant, tunc non orent pro
 supplicibus suis, quoniam nullum ceperint habere peccatum. **A**ut uero
 deus tunc eos non exaudiet, tot & tantos filios suos, quoniam in tanta eorum
 sanctitate nullum inueniet omnium impedimentum. **H**aec ibi.
Quinimo pro toto id caput iam citatum, adducit idem beatus pro diuersa
 scripturae sanctae testimonia, quibus nituntur hanc suum improbum
 errorem, assertores eius ac auctores fulcire. **I**n. 24. uero eiusdem
 libri huius capite, tradet idem sacer antistes diffuse rationibus eorum, quod
 hanc tutari errorem laborauerunt, testimoniisque sacrarum litterarum pro eos
 adductis & prope intellectis, sanam assignat intelligentiam, ab eorum
 sensu prorsus alienam, tantaque uesania, penitus ibidem elidit ac
 confutat.

Augustinus

De veneratione Sanctorum.

cōfutat. ¶ **S**ecūdu aut error est eorū, q̄ ofonibus sanctorū de
trahūt autoritatē, minusq; tribuunt eis q̄ par sit, diēctes, sane
eos ipos cū uitā hāc degūt, orare quidē pro alijs, & impetrare
illis a dño bñficia, cū uero corpe exuti ad eternā translati sunt
uitā, nō posse amplius eos pro alijs orare. Et hāc una fuit por
tio tetri ac pestilentis ueneni, q̄d spurco & uirulēto ore euomu
it **V**igilātius hāreticus, post Iouinianū & Eunomiū, suos in
hoc impio dogmate mḡtos, & impios duces. ¶ **V**t noscāt oēs,
q̄ hac tēpestare cōtēdūt nō esse orādos sanctos aut honorā
dos, neq; ipsos apud deū ofones pro nobis fundere, nō se no
uā sectā esse repertoies, sed antiquā & iā olim dānatā hāre
seos suscitatoies atq; reuocatoies, eandēq; suā hāresim, mltos
annos ab ecclia catholica explosam esse atq; reiectā. Noscant
itidē, qualis & q̄ noxia sit eorū assertio. q̄ tales habeat primos
authores & fatoies, Iouinianū, Eunomiū, & **V**igilantiū, tria
teterrima monstra, q̄ ore trifauci instar tricipitis Cerbeti, con
tra eccliam quondā oblatrarūt. ¶ **S**ed claua Herculea iā olim
cōtudit ora **V**igilantiū, in sanctos impie obtreclantia, beatus
pater Hieronymus, & acerrime hanc eius impietatē (iā unde
cies centeni fluxerūt anni) improbauit. Qui fortissimus fidei
propugnator, in suo ope, ipsius **V**igilantiū cōfutorio, inter
cetera, cōtra ipm negantē sanctorū pro nobis patrociniū, ait.
Dicis in libello tuo, q̄ dū uiuim⁹, mutuo orare possum⁹, post
q̄ aut mortui fuerimus, nullius sit pro alio exaudienda oīo, p̄
fettim cū martyres ultionē sui sanguinis obsecrantes, impetra
re nequuerint. Si apli & martyres adhuc in corpore cōstituti
pnt orare pro ceteris, qm̄ de se adhuc debēt esse solliciti, quāto
magis post uictorias, coronas, ac triūphos? ¶ **V**nus hō **M**oyfes
sexcentis milibus armatorū impetrat a dño ueniā. Et **S**tephas
nus imitator dñi sui & primus martyr in **C**hfo, psecutoribus
ueniā deprecāt. Et postq̄ cū **C**hfo esse cœperint, minus uale
bunt? **P**aulus aplus ducentas septuaginta sex, sibi dicit in nau
aias cōdonatas. Et postq̄ resolutus esse cœperit cū **C**hfo, tūc
ora clausurus est, & pro ijs q̄ in toto orbe ad suū euāgeliū cre
diderūt, mutire nō poterit, meliorq; **V**igilātius, canis uiuēs, q̄
ille, leo mortu⁹. Recte hoc de **E**cclia pponeres, si **P**aulū in
spū mortuū cōfiterer. Hęc **H**iero.

Vigilantius
Iouinianus,
Eunomius

Hieronymus. En tibi Hiero.

Apoca. 6

Exodi. 35

Act. 7

Act. 27

Eccl. 5.